



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

26 Inveterata Privilegia Manvtenenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

Barones, aut alioqui Nobiles acceptari possunt, & debent,  
Attamen laudabiles hæ consuetudines, iura non scripta, pri-  
uilegia Papalia, nequaq; curantur, manutenenturue, sed e  
regione agitur per Curtisanos, ad libere electionis Episcopo  
rum, Præpositorum, ac Decanorum, & Canonicorum præpe  
ditionem, vt coadiutores aliqui contra Capitularium volun  
tatem ac consensum, efficiantur. Nec raro Curtisanis, licet in  
doctis & ignobilibus parantur ad Canoniciatus huiuscemos  
di accessus, non obstantibus statutis & consuetudinibus, &  
privilegijs præscriptis, ita q; nobilibus Germanis beneficia  
subtrahantur, & hæc eadem ignobilibus vel ob pecuniā,  
vel familiarem consuetudinem hoc pacto conferuntur, vt li  
cet impetrantes ignobiles ad ea non admittantur, obstante si  
bi consuetudine, tamen si quis Principum, Comitum, Baro  
num, Nobiliumue hæc eadem a Curtisanis impetrare velit,  
cum colore quodam excogitati oneris, ab eisdem vel emere,  
vel annuo cœsu redimere cogitur: quāq; subinde alia huic ne  
gocio prætexantur vocabula, quæ res ipsa quoq; nobilibus  
Germaniæ supremæ atq; mediæ conditionis, in magnum ce  
dit onerum ac grauaminū cumulum.

#### INVETERATA PRIVILEGIA MANV TENENDA.

Ad hæc, q;uis oia ecclesiasticis ac laicis statib;is priuilegia  
ac immunitates sint concessæ, Preposituras, aliaq; beneficia  
& officia per se conferendi atq; eligendi, attamen per sedem  
Romanam nouæ subinde excogitatæ sunt technæ ac practis  
cæ, per quas privilegijs prædictis derogatur multifariam,  
immo ea penitus tolluntur, ac turbantur. Eapropter rogant  
Sa. Ro. Impe. Status, hoc emendandū, & in posterū cauendū,  
ac vnumquēq; cū suis iuribus & privilegijs defendendum,  
manutenendūq;. Id quod rei æquitas ipsa p; se sibi postulat.

#### DE ANNATIS.

Quantum ad annatas, vt vocant, attinet, quas Ecclesiasti  
ci prelati, Romano Pontifici quotannis pendunt, quasq; ante

26

27

C. ij